

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 10. Hispanorum molimina in Scotia adversus Angliam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

nuit, constantiam, a foederatis veluti Sæcul. XVI.
Martyr deprædicabatur.

A.C.1594.

§. IX.

Senatus consultum contra Jesuitas.

Eodem decreto, quo hic sceleratus dam- *Argentre*
nabatur, pariter sancitum, ut Cla- *I.c. p. 524.*
ramontani Collegii Patres, & Scho-
lastici, omniaque alia Societatis Jesu
membra, e Parisina urbe, omnibusque
aliis civitatibus, & locis, in quibus Col-
legia possidebant, tertia post intimatum
hoc edictum die, ac evoluto tredecim
dierum spatio e toto regno emigrarent,
si vero non obedirent, in eos tanquam
Majestati reos animadverteretur, nec-
non eorum bona tam mobilia, quam im-
mobilia ad opera pia destinarentur, ea-
que arbitrio Curiæ distribuerentur: insu-
per interdictum est cunctis Regis sub-
ditis, ne ad scholas Societatis illius
extra regnum pueros literarum addiscen-
darum causâ mittant, poena perduel-
lionis in eos, qui contra fecerint;
sancita.

§. X.

*Hispanorum molimina in Scotia
adversus Angliam.*

Interea Hispani ad excitandos in Sco- *Cambden*
tia tumultus invicto studio omnes im- *ann. Regis:*
penderant vires, simulque Catholicis *Elis. ann.*
1594. Spond.
spem ann. hoc n. 25.

Sæcul. XVI. spem fecerant, Hispaniæ Regem val-
 A 1594. das submissurum suppetias: hisce vero
 turbis jam olim datum erat initium a
 Francisco Botvelio, qui bina vice Ja-
 cobi VI. Regis vitæ infidias struxerat;
 erat enim hic Comes instabilis, & tur-
 bidi animi Vir, qui a Rege exiitum sibi
 parari veritus cum Huntlejo, Ango,
 & Evrolio Comitibus inito fœdere cun-
 ctos Regi addictos in hoc Regno extir-
 pare moliebatur: porro cum Jacobus
 Botvelii consilia detegeret, idem car-
 ceri mancipabatur, a quo tamen fuga
 elapsus in Angliam secessit, postea a
 Scotiæ Ordinibus tanquam patriæ pro-
 ditor declaratus: dum vero quidam
 Sacerdotes Catholici, perinde acsi pro
 religionis Catholicæ defensione cum
 quibusdam Nobilibus egissent, insimu-
 lati fuerant, mox Protestantes legem
 condì curabant, vi cuius is, quicun-
 que sectam in regno stabilitam, scilicet
 Calvinii hæresin non amplecteretur, ab
 Ecclesia excommunicatus (*) cense-
 tur, ac proximo anno omnia ejus bona
 proscribantur: cum autem pariter Ca-
 tholici falso in crimen vocarentur, quod
 Angliæ,

(*) Risum teneatis amici! ab unione Ec-
 clesiæ segregant illi, apud quos nulla est fidei
 unitas, sed continua dissensio, nullusque or-
 do, sed sempiternus horror.

Angliæ, & Scottiæ Regna Hispaniæ Sæcul. XVI.
Regi afferere adlaborarent, hinc An- A.C. 1594.
gliæ Regina Jacobum VI. eo impulit,
ut adversus Catholicos severissima con-
deret edicta: quapropter hic Princeps
congregatis Regni Ordinibus quosdam
Comites Hispanis addictos exilio mul-
ctare decernebat.

§. XI.

Liber de Scotiæ Rege ab Anglii sce- ptri successione excludendo.

Catholici cum sua consilia exequendi, *Spond.*
ac præcipue Religionem in Angliæ *num. 27.*
Regno redintegrandi spe exciderent, *Cambden l.c.*
Scotiæ Regis jus, quod in Angliæ dia-
dema habebat, aggredi moliebantur,
edito libro, quem sub Dolmani Presby-
teri nomine Roberto Essexiæ Comiti
natione Anglo nuncupabant, eoquod
hic per suppliciorum severitatem in Re-
ligionis negotio violentiam conscientiis
inferri nunquam approbasset, atque
aliunde regia stirpe fatus ad ipsum Re-
gnum jus haberet. Ceterum hujus
libri Auctor præfertim eo collimabat,
ut demonstratum redderet, quod Rex
Catholicus, ac præcipue Philippi II.
Hispaniæ Regis Filia eligeretur, de
qua in Franciæ Reginam nominanda
jam actum fuisset: ut vero certum huic
Principissæ jus affererent, eam a Con-
stantia